

diderit; duos in candidis equis, Castorem atque Pollucem nemo dubitavit. Itaque & Imperator veneratus est, pactusque victoriam templa promisit, & reddidit, plane quasi stipendium commilitonibus diis. Haecenus pro liber-

SALMASII.

4. Et reddidit plane quasi commilitonibus diis stipendium] Melior etiam hac parte, ut in omnibus, Nazarianus, qui legit: *Et reddidit quasi stipendium commilitonibus diis.* Et sic quoque prior Palatinus. Alter, ut posterioris ævi, ita

etiam deterioris notæ, sincerum incrustat, vocibus additis: *Et reddidit plane quasi stipendium militibus, commilitonibus diis.* ea licentia fuit, aperta vi grassandi in bonos auctores.



Castorem atque Pollucem] Eos exhibent hi Nummi; ex Oyzel. xli. Tab. In primo eorum capita sola vides: in altero sedentes in equis: in utroque pileatos sum stellis.

FREINSHEMII.

4. Castorem atque Pollucem] Affirmant hoc uno ore Plutarch. Coriol. cap. 5: Dionys. 6, 11: Valer. Maxim. 1, 8, 1: Cicero Tuscul. Quæst. 1, 12. f. & de Nat. Deor. 2, 2. f. Frontin. strateg. 1, 11, 8. Similia noster infra, 2, 12, 16: Justin. 20, 3, 8: Cedren. p. 617, 30. Plura congescit Zwinger. vol. 3. lib. 11.

VARIORUM.

4. Dubitavit] Ira olim cusi; ita griga Palatinorum. Vinetus, dubitavit. Gruterus.

Pactusque] Sic Pall. omnes. sic & V.C., ne cui adhuc placeat Camertis nactusque. Gruterus.

Plane quasi stipendium commilitonibus Diis] Positio verborum pendet a fide trium Pall. nisi quod sec. interjiciat vocem; stipendium militibus commilitonibus. Vulgabatur prius; plane quasi commilitonibus Diis stipendium. Res quidem eodem redit, sed videbatur repræsentandus librorum consensus. Gruterus.